









CONFESSIO  
FIDEI AVGVSTANA.

46  
AD  
V S V S  
DISPV TATIONVM ACADEMICARVM  
EX  
EDITIONE WALCHIANA 1783  
RECVDENDAM CVRAVIT;  
ET  
THESES  
CONCERTATIONIBVS VENTILANDAS  
ADJECIT  
JOH. CASPARVS VELTHVSEN.



ff 1835

Pastorem (τὸν ἐπίλεκτον sc. τοῦ ποιησίου) oportet esse  
orthodoxum. (ἐρθοτομοῦται τὸν λόγον τῆς ἀληθείας.)  
2 Tim. II.

HELMSTADII  
EX OFFICINA SCHNORRIANA  
A. MDCCCLXXXIII.





## LECTVRIS s.

*Et recudendi libelli consilium et appendicis  
ratio vel ex solo titulo patebunt. Nam-  
que exiguum ac levidense nimium, nec tan-  
ti omnino bocce, quidquid est opellae, due-  
mus, ut praefationis indigere videntur.  
Nempe necessitas potius, quam bene meren-  
di cupido, curam istam suaserat; si quidem  
forma articulorum fidei opus fuit, facilli-  
mo sumtu comparanda, et in sinu gestando  
tironibus, sacrarum litterarum studiofis,  
etque huic aliquando professioni, publicum*

A 2

pri-

\* \* \*

privilegium in Germania adeptae, nomine  
religiose daturis. Igitur si quam apud bo-  
nos adolescentes gratiam isthaec cura pept-  
erit, eam sciant totam acceptam referri  
oportere, nullo nostro merito, diligentia  
Viri, ex contubernio plus quam quadrien-  
ni nobis familiarissimi: Johannem dicimus  
Ehrenfriedum Christophorum Rudolphi  
Seminarii boniletici Seniorem; quem et in  
genii dotibus ac doctrina, et pietate insigni-  
tantam ab ipsa vita commendationem effi-  
consecuturum speramus, ut nostro praecognoscere  
possit. Scriptum Helmstadii d. xiv  
Martii cccccc lxxxiii.

Invi  
Do  
caesar  
perii  
contr  
um at  
ligion  
rori e  
appar  
sionib  
et cha  
gionis  
ter se  
dine  
tur et  
que in  
lecta  
ad un

---

CON

nint  
bo  
epe  
errit  
tia  
ien  
mul  
phi  
ill  
gmi  
eff  
oniv  
xii  
N

CONFESSIO FIDEI  
EXHIBITA INVICTISSIMO  
IMP. CAROLO V. CAESARI AVG.  
IN COMITIS AVGVSTAE,  
A. M. D. XXX.

*Praefatio ad Caesarem Carolum V.*

Invictissime Imperator, Caesar Auguste,  
Domine clementissime, quum Vestra  
caesarea Majestas indixerit conventum im-  
peri Auguftae, ut deliberetur de auxiliis  
contra Turcam, atrocissimum, hereditari-  
um atque veterem christiani nominis ac re-  
ligionis hostem, quomodo illius scilicet fu-  
rori et conatibus durabili et perpetuo belli  
apparatu resisti possit; deinde et de dissen-  
tionibus in cauſa noſtræ sanctæ religionis  
et christiana fidei, et ut in hac cauſa reli-  
gionis partium opinioneſ ac ſententiae in-  
ter ſeſe in caritate, lenitate et mansuetu-  
dine mutua audiāntur coram, intelligan-  
tur et ponderentur; ut illis, quae utrius-  
que in ſcripturis ſecus tractata, aut intel-  
lecta ſunt, ſepoſitis et correſtis, res illae  
ad unam ſimplicem veritatem et christia-

nam concordiam componantur et reducantur; ut de caetero a nobis una, sincera et vera religio colatur et servetur; ut, quemadmodum sub uno Christo sumus et militamus, ita in una etiam ecclesia christiana in unitate et concordia vivere possumus;

Quumque nos infra scripti elector et principes cum aliis, qui nobis coniuncti sunt, perinde ut alii electores et principes et status, ad praedicta comitia evocati sumus, ut caesareo mandato obedienter obsequeremur, mature venimus Augustam, et, quod citra jaestantiam dictum volumus, inter primos adsumus.

Quum igitur Vestrā caesarea Majestas electoribus, principibus et aliis statibus imperii, etiam hic Augustas sub ipsa initia horum comitiorum inter caetera proponi fecerit, quod singuli status imperii vigore caesarei edicti suam opinionem et sententiam in germanica et latina lingua propnere debeant atque offerre, et, habita deliberatione, proxima feria quarta rursum responsum est, Vestrā caesareae Majestati nos proxima feria sexta articulos nostrae confessionis pro nostra parte oblature offerre: ideo, ut Vestrā caesareae Majestatis voluntati obsequiamur, offerimus in hac religione.

ligionis causa nostrorum concionatorum et nostram confessionem, cuiusmodi doctrinam ex scripturis sanctis et puro verbo Dei haec tenus illi in nostris terris, cunctibus, dirionibus et urbibus tradiderint ac in ecclesiis tractaverint.

Quod si et caeteri electores, principes et statu imperii similibus scriptis, latinis scilicet et germanicis, juxta praedictam caesaream propositionem suas opiniones in hac causa religionis produixerint, hic nos coram Vestra caesarea Majestate, tanquam Domino nostro clementissimo, paratos offerimus, nos cum praefatis principibus et amicis nostris de tolerabilibus modis ac viis amice conferre, ut, quantum honeste fieri potest, conveniamus et re inter nos partes, citra odiosam contentionem, pacifice agitata, Deo dante, dissensio dirimatur et ad unam veram concordem religionem reducatur, sicut omnes sub uno Christo sumus et militamus et unum Christianum confiteri debemus, juxta tenorem predicti Vestræ caesareæ Majestatis, et omnia ad veritatem Dei perducantur, id quod abundantissimis votis a Deo perimus.

Si autem, quod ad caeteros electores, principes et statu, ut partem alteram, attinet, haec tractatio causae religionis eo

A 4

modo

redu-  
sinc-  
; ut,  
us et  
chri-  
pos-

or et  
uncti  
inci-  
voca-  
enter  
ugu-  
1 VO-

as e-  
s im-  
nitia  
poni  
gore  
tien-  
epo-  
a de-  
sum  
stari  
strac  
s es-  
ve  
re-  
gio-



modo, quo Vesta caesarea Majestas agendum et tractandam sapienter duxit, scilicet cum tali mutua praeresentatione scriptorum ac sedata collatione, inter nos non processerit, nec aliquo fructu facta fuerit: nos quidem testatum clare relinquimus. hic nihil nos, quod ad christianam concordiam, quae cum Deo et bona conscientia fieri possit, conciliandam conducere queat, ullo modo detrectare; quemadmodum et Vesta caesarea Majestas, deinde et caeteri electores et status imperii et omnes, quicunque sincero religionis amore ac studio tenentur, quicunque hanc causam aequo animo audituri sunt, ex hac nostra et nostrorum confessione hoc clementer cognoscere et intelligere dignabuntur.

Quum etiam Vesta caesarea Majestas electoribus, principibus et reliquis statibus imperii, non una vice, sed saepe clementer significaverit, et in comitiis Spirensibus, quae anno Domini caeter. xxvi habitas sunt, ex data et praescripta forma vestras caesareae instructionis et commissionis recitari et publice preelegi fecerit, Vestram Majestatem in hoc negotio religionis ex causis certis, quae Vestrae Majestatis nomine allegatae sunt, non velle quicquam determinare nec concludere posse, sed apud

pon-

pontificem Romanum pro officio Vestram  
caesaream Majestatem diligenter daturam  
operam de congregando concilio genera-  
li; quemadmodum idem latius expositum  
est ante annum in publico proximo con-  
ventu, qui Spirae congregatus fuit, ubi Ve-  
stra caesarea Majestas per Dominum Ferdi-  
nandum, Boemiae et Vngariae regem, a-  
micum et dominum clementem nostrum,  
deinde per oratorem et commissarios cae-  
sareos haec inter caetera proponi fecit,  
quod Vestra caesarea Majestas intellexisset  
et expendisset locum tenentis Vestrae cae-  
sareae Majestatis in imperio et praesiden-  
tis et consiliariorum in regimine et legato-  
rum ab aliis statibus, qui Ratisponae con-  
venerant, deliberationem de concilio con-  
gregando, et quod judicaret etiam Vestra  
caesarea Majestas, utile esse, ut congregare-  
tur concilium, et, quia caussae, quae tum  
tractabantur inter Vestram caesaream Ma-  
jestatem et Romanum pontificem, vicinae  
essent concordiae et christianaee reconcilia-  
tioni, non dubitaret Vestra caesarea Ma-  
jestas, quin Romanus pontifex adduci posset  
ad habendum generale concilium: Ideo si-  
gnificabat, Se, Vestram caesaream Ma-  
jestatem, operam daturam, ut praefatus ponti-  
fex maximus una cum Vestra caesarea Ma-

jestate tale generale concilium, primo quoque tempore emissis litteris publicandum, congregare consentiret.

In eventum ergo talem, quod in causa religionis dissensiones inter nos et partes amice et in caritate non fuerint compositae, tunc coram Vestrā caesarea Majestate hic in omni obedientia nos offerimus, ex superabundanti comparituros et causam dicturos in tali generali, libero et christiano concilio, de quo congregando in omnibus comitiis imperialibus, quae quidem annis imperii Vestrāe caesareae Majestatis habita sunt, per electores, principes et reliquos status imperii semper concorditer actum, et congruentibus suffragiis conclusum est; ad cuius etiam generalis concilii conventum, simul et ad Vestrām caesaream Majestatem in hac longe maxima et gravissima causa, jam ante etiam debito modo et in forma juris provocavimus et appellavimus. Cui appellationi ad Vestrām caesaream Majestatem simul et concilium adhuc adhaeremus; neque eam per hunc vel alium tractatum, nisi causa inter nos et partes juxta tenorem caesareae proximae citationis amice in caritate composita, sedata et ad christianam concordiam reducta fuerit, deferere intendimus aut possumus:

de

de quo hic etiam solenniter et publice  
protestamur.

**ARTICVLI FIDEI PRAECIPVI.**

*Art. I. De Dco.*

Ecclesiae magno consensu apud nos do-  
cent, decretum Nicenae synodi, de unitate  
essentiae divinae et de tribus personis, ve-  
rum et sine ulla dubitatione credendum  
esse. Videlicer, quod sit una essentia divi-  
na, quae et appellatur et est: Deus, aeter-  
nus, incorporeus, imparibilis, immensa  
potentia, sapientia, bonitate, creator et con-  
servator omnium rerum, visibilium et in-  
visibilium; et tamen tres sint personae, e-  
jusdem essentiae et potentiae, et coaeter-  
nae, pater, filius et spiritus sanctus. Et  
nomine personae utuntur ea significatione,  
qua usi sunt in hac causa scriptores eccl-  
esiastici, ut significet, non partem aut qua-  
litatem in alio, sed quod proprio subsistit.

Damnant omnes haereses, contra hunc  
articulum exortas, ut Manichaeos, qui duo  
principia ponebant, bonum et malum; i-  
tem Valentinianos, Arianos, Eunomianos,  
Mahometistas, et omnes horum similes.  
Damnant et Samosatenos, veteres et neo-  
tericos, qui, quam tantum unam personam  
esse contendant, de verbo et de spiritu

¶

santo astute et impie rhetoricantur, quod non sint personae distinctiae, sed quod verbum significet verbum vocale, et spiritus motum in rebus creatum.

*Art. II. De peccato originis.*

Item docent, quod post lapsum Adae omnes homines secundum naturam propagati nascantur cum peccato, hoc est, sine metu Dei, sine fiducia erga Deum, et cum concupiscentia; quodque hic morbus seu vitium originis vere sit peccatum, damnans et afferens nunc quoque aeternam mortem his, qui non renascuntur per baptismum et spiritum sanctum.

Damnant Pelagianos et alios, qui vitium originis negant esse peccatum, et, ut extenuent gloriam meriti et beneficiorum Christi, disputant, hominem propriis viribus rationis coram Deo justificari posse.

*Art. III. De Filio Dei.*

Item docent, quod Verbum, hoc est, Filius Dei adsumserit humanam naturam in utero beatae Mariae virginis, ut sint duas naturae, divina et humana, in unitate personae inseparabiliter conjunctae: unus Christus, vere deus et vere homo; natus ex virginе Maria, vere passus, crucifixus, mortuus et sepultus, ut reconciliaret nos bis

bis patrem et hostia esset non tantum pro culpa originis, sed etiam pro omnibus actualibus hominum peccatis.

Idem descendit ad inferos et vere resurrexit tertia die; deinde ascendit ad caelos, ut sedeat ad dexteram patris et perpetuo regnet et dominetur omnibus creaturis, sanctificet credentes in ipsum, misso in corda eorum spiritu sancto, qui regat, consoletur ac vivificet eos ac defendat adversus diabolum et vim peccati.

Item Christus palam est redditurus, ut iudicet vivos et mortuos. caeter. *jumentum apostolorum.*

#### *Art. IV. De justificatione.*

Item docent, quod homines non possint justificari coram Deo propriis viribus, meritis, aut operibus, sed gratis justificantur propter Christum per fidem, quum credunt, se in gratiam recipi et peccata remitti propter Christum, qui sua morte pro nostris peccatis satisfecit. Hanc fidem imputat Deus pro justitia coram ipso. *Rom. 3 et 4.*

#### *Art. V. De ministerio ecclesiastico.*

Vt hanc fidem consequamur, institutum est ministerium docendi evangelii et portigendi sacramenta. Nam per verbum et facra-

sacramenta, tanquam per instrumenta, do-  
natur spiritus sanctus, qui fidem efficit, u-  
bi et quando visum est Deo, in iis, qui au-  
diunt evangelium, scilicet, quod Deus non  
propter nostra merita, sed propter Christum  
justificet hos, qui credunt, se propter Christum in gratiam recipi.

Damnant Anabaptistas et alios, qui sen-  
tiunt, spiritum sanctum contingere sine  
verbo externo hominibus per ipsorum  
præparationes et opera.

#### *Art. VI. De nova obedientia.*

Item docent, quod fides illa debeat bo-  
nos fructus parere, et quod opereat bona  
opera, mandata a Deo, facere propter vo-  
luntatem Dei, non ut confidamus per ea  
opera justificationem coram Deo mereri.  
Nam remissio peccatorum et justificatio  
fide adprehenditur, sicut testatur et vox  
Christi: *quum feceritis haec omnia, dicite,*  
*servi inutiles sumus.* Idem docent et vete-  
res scriptores ecclesiastici. Ambrosius e-  
nim inquit: *boc constitutum est a Deo, ut, qui*  
*credit in Christum, salvus sit, sine opere, sola*  
*fide gratis accipiens remissionem peccatorum.*

#### *Art. VII. De ecclesia.*

Item docent, quod una sancta ecclesia  
perpetuo mansura sit. Est autem ecclesia  
con-

congregatio sanctorum, in qua evangelium recte docetur et recte administrantur sacramenta.

Et ad veram unitatem ecclesiae satis est, consenire de doctrina evangelii et administratione sacramentorum. Nec necesse est, ubique esse similes traditiones humanae, seu ritus aut caerimonias ab hominibus institutas. Sicut inquit Paullus: *Vna fides; unum baptisma; unus Deus et pater omnium.* caet.

*Art. IX. Quid sit ecclesia?*

Quanquam ecclesia proprie sit congregatio sanctorum et vere credentium, ramen, quum in hac vita multi hypocritae et mali admixti sint, licet uti sacramentis, quae per malos administrantur, juxta vocem Christi: *sedent scribae et pharisei in catbedra Moysis,* caet. Et sacramenta et verbum propter ordinationem et mandatum Christi sunt efficacia, etiam si per malos exhibeantur.

Daranant Donatistas et similes, qui negabant, licere uti ministerio malorum in ecclesia, et sentiebant, ministerium malorum inutile et inefficax esse.

*Art. IX. De baptismo.*

De baptismino docent, quod sit necessarius ad salutem, quodque per baptismum offer-



offeratur gratia Dei, et quod pueri sint baptizandi, qui per baptismum oblati Deo recipientur in gratiam Dei.

Damnant Anabaptistas, qui improbant baptismum puerorum, et affirmant, pueros sine baptismo salvos fieri.

*Art. X. De coena Domini.*

De coena Domini docent, quod corpus et sanguis Christi vere adsint et distribuantur vescientibus in coena Domini, et improbant secus docentes.

*Art. XI. De confessione.*

De confessione docent, quod absolutio privata in ecclesiis retinenda sit, quanquam in confessione non sit necessaria omnium delictorum enumeratio. Est enim impossibilis, juxta psalmum: *delicta quis intellegit?*

*Art. XII. De poenitentia.*

De poenitentia docent, quod lapsis post baptismum contingere possit remissio peccatorum quounque tempore, quum convertuntur, et quod ecclesia talibus redemptibus ad poenitentiam absolutionem impetriri debeat. Constat autem poenitentia proprie his duabus partibus: altera est contritio, seu terrores incusii conscientiae agnito peccato; altera est fides, quae concipi-

sint  
Deo  
bant  
pue-  
rpus  
ribu-  
e im-  
lutio  
quam  
nium  
pos-  
intel-  
  
post  
pec-  
con-  
ede-  
n im-  
iten-  
ra est  
ntiae  
con-  
cipi-

cepitur ex evangelio seu absolutione, et credit, propter Christum remitti peccata, et consolatur conscientiam et ex terroribus liberat. Deinde sequi debent bona opera, quae sunt fructus poenitentiae.

Damnant Anabaptistas, qui negant, semel justificatos posse amittere spiritum sanctum. Item, qui contendunt, quibusdam tantam perfectionem in hac vita contingere, ut peccare non possint.

Damnantur et Novatiani, qui nolebant absolvere lapsos post baptismum, redeuntes ad poenitentiam.

Rejiciuntur et isti, qui non docent, remissionem peccatorum per fidem contingere, sed jubent nos mereri gratiam per satisfactiones nostras.

*Art. XIII. De usu sacramentorum.*

De usu sacramentorum docent, quod sacramenta instituta sint, non modo ut sint notae professionis inter homines, sed magis ut sint signa et testimonia voluntatis Dei erga nos, ad excitandam et confirmandam fidem in his qui utuntur proposita. Itaque utendum est sacramentis ita, ut fides accedat, quae credit promissionibus, quae per sacramenta exhibentur et ostenduntur.

Damnant igitur illos, qui docent, quod sacramenta ex opere operato iustificant,

B

nec

nec docent, fidem requiri in usu sacramen-  
torum, quae eredat, remitti peccata.

*Art. XIV. De ordine ecclesiastico.*

De ordine ecclesiastico docent, quod ne-  
mo debeat in ecclesia publice docere, aut  
sacramenta administrare, nisi rite vocatus.

*Art. XV. De ritibus ecclesiasticis.*

De ritibus ecclesiasticis docent, quod ri-  
tus illi servandi sunt, qui sine peccato ser-  
vari possunt, et prosunt ad tranquillitatem  
et bonum ordinem in ecclesia, sicut certae  
feriae, festa et similia. De talibus rebus ta-  
men admonentur homines, ne conscienc-  
iae onerentur, tanquam talis cultus ad fa-  
ludem necessarius sit. Admonentur etiam,  
quod traditiones humanae, institutae ad  
placandum Deum, ad promerendam grati-  
am et satisfaciendum pro peccatis, adver-  
sentur evangelio et doctrinae fidei. Quare  
vota et traditiones de cibis et diebus caet.,  
institutae ad promerendam gratiam et sa-  
tisfaciendum pro peccatis, inutiles sint et  
contra evangelium.

*Art. XVI. De rebus civilibus.*

De rebus civilibus docent, quod legitimi-  
mae ordinationes civiles sint bona opera  
Dei; quod christianis liceat gerere magi-  
stratus, exercere judicia, judicare res ex-  
im-

impe-  
suppli-  
litare;  
jusjur-  
dare,  
Dam-  
haec  
Dan-  
flectio-  
fide,  
quia e-  
cordis  
oecon-  
vare t-  
bus o-  
taque  
magist-  
bent p-  
edire i-

*Art.*

Item  
confun-  
mortue-  
dabit v-  
impios  
deimna-

Dam-  
minib-  
narum

imperatoriis et aliis praesentibus legibus,  
supplicia jure constituere, jure bellare, mi-  
litare, lege contrahere, tenere proprium,  
jusjurandum postulantibus magistratibus  
dare, ducere uxorem, nubere.

Damnant Anabaptistas, qui interdicunt  
haec civilia officia christianis.

Damnant et illos, qui evangelicam per-  
fectionem non collocant in timore dei et  
fide, sed in deserendis civilibus officiis;  
quia evangelium tradit justitiam aeternam  
cordis. Interim non dissipat politiam aut  
oeconomiam, sed maxime postulat conser-  
vare tanquam ordinationes Dei, et in tali-  
bus ordinacionibus exercere caritatem. I-  
taque necessario debent christiani obedire  
magistratibus suis et legibus, nisi quum ju-  
bent peccare, tunc enim magis debent ob-  
edire Deo, quam hominibus. *Actor. 5, v. 29.*

*Art. XVII. De Christi reditu ad judicium.*

Item docent, quod Christus apparebit in  
consummatione mundi ad judicandum et  
mortuos omnes resuscitabit; piis et electis  
dabit vitam aeternam et perpetua gaudia,  
impios autem homines ac diabolos con-  
deinhabit, ut sine fine crucientur.

Damnant Anabaptistas, qui sentiunt, ho-  
minibus damnatis ac diabolis finem poe-  
narum futurum esse.

B 2

Dam-

Damnant et alios, qui nunc spargunt iudaicas opiniones, quod ante resurrectionem mortuorum pii regnum mundi occupaturi sint, ubique oppressis impiis.

*Art. XVIII. De libero arbitrio.*

De libero arbitrio docent, quod humana voluntas habeat aliquam libertatem ad efficiendam civilem justitiam et diligendas res rationi subjectas. Sed non habet vim sine spiritu sancto efficiendae justitiae Dei, seu justitiae spiritualis, quia animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei; sed haec sit in cordibus, quum per verbum spiritus sanctus concipitur. Haec totidem verbis dicit *Augustinus lib. 3. Hypognosticon*: *esse fatemur liberum arbitrium omnibus hominibus, habens quidem judicium rationis, non per quod sit idoneum in iis, quae ad Deum pertinent, sine Deo aut inchoare, aut certe peragere, sed tantum in operibus vitali praesentis, tam bonis quam etiam malis. Bonis dico, quae de bono naturae oriuntur; id est, velle laborare in agro, velle manducare et bibere, velle habere amicum, velle habere indumenta, velle fabricare domum, uxorem vel leducere, pecora nutrire, artem discere diveterum rerum bonarum, velle quicquid bonum ad praesentem pertinet vitam. Quae omnia non sine divino gubernaculo subsistunt, immo*

et

ex ipso et per ipsum sunt et esse coepерunt.  
Malis vero dico, ut est, velle idolum colere,  
velle homicidium, caet.

Damnant Pelagianos et alios, qui docent, quod sine spiritu sancto, solis naturae viribus possimus Deum super omnia diligere, item praecepta Dei facere, quoad substantiam actuum. Quanquam enim externa opera aliquo modo efficere natura possit, potest enim continere manus a furto, a caede, tamen interiores motus non potest efficere, ut timorem Dei, fiduciam erga Deum, castitatem, patientiam, caet.

*Art. XIX. De causa peccati.*

De causa peccati docent, quod tametsi Deus creat et conservat naturam, tamen causa peccati est voluntas malorum, vide licet diaboli et impiorum, quae non adjuvante Deo, avertit se a Deo, sicut Christus ait, *Ioan. 8. Quum loquitur mendacium, ex se ipso loquitur.*

*Art. XX. De bonis operibus.*

Falso accusantur nostri, quod bona opera prohibeant. Nam scripta eorum, quae existant de decim praeceptis, et alia simili argumento testantur, quod utiliter docuerint de omnibus vitae generibus et officiis, quae genera vitae, quae opera in



qualibet vocatione Deo placeant. De quibus rebus olim parum docebant concionatores; tantum puerilia et non necessaria opera urgebant, ut certas ferias, certa ieiunia, fraternitates, peregrinationes, cultus sanctorum, rosaria, monachatum et similia. Haec adversarii nostri admoniti nunc dediscunt, nec perinde praedicant haec inutilia opera, ut olim. Praeterea incipiunt fidei mentionem facere, de qua olim mirum erat silentium. Docent, nos non tantum operibus justificari, sed conjungunt fidem et opera et dicunt, nos fide et operibus justificari. Quae doctrina tolerabilius est priore, et plus adferre potest consolationis, quam vetus ipsorum doctrina.

Quum igitur doctrina de fide, quam importet in ecclesia praecipuam esse, tam diu jacuerit ignota, quemadmodum fateri omnes necesse est, de fidei justitia altissimum silentium fuisse in concessionibus, tantum doctrinam operum versatam esse in ecclesiis, nostri de fide sic admonuerunt ecclesias:

Principio, quod opera nostra non possint reconciliare Deum, aut mereri remissionem peccatorum et gratiam et justificationem, sed hanc tantum fide consequimur, credentes, quod propter Christum

reci-

recip  
est m  
reco  
oper  
Chr  
ne C  
um,  
via,  
H  
trael  
fiden  
non  
E  
Paul  
haec  
Aug  
grat  
peri  
catio  
de  
sang  
noru  
justi  
prae  
gien  
Q  
tem  
piae  
am

recipiāmur in gratiam, qui solus positus est mediator et propitiatorium, per quem reconcilietur Pater. Itaque qui confidit, operibus se mereri gratiam, is aspernatur Christi meritum et gratiam, et quaerit sine Christo humanis viribus viam ad Deum, quum Christus de se dixerit: *ego sum via, veritas et vita.*

Haec doctrina de fide ubique in Paulo tractatur Epb. 2. *Gratia salvi facti estis per fidem; et hoc non ex vobis, Dei donum est; non ex operibus, caet.*

Et ne quis cavilletur, a nobis novam Pauli interpretationem excogitari, tota haec causa habet testimonia patrum. Nam *Augustinus* multis voluminibus defendit gratiam et justitiam fidei contra merita operum. Et similia docet *Ambrosius de vocatione gentium* et alibi. Sic enim inquit de vocatione gentium: *vilesceret redemptio sanguinis Christi, nec misericordiae Dei burnanorum operum praerogativa succumberet, si justificatio, quae fit per gratiam, meritis praecedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis.*

Quanquam autem haec doctrina contemnit ab imperitis, tamen experientur piae ac pavidae conscientiae, plurimum eam consolationis afferre, quia conscientia

tiae non possunt reddi tranquillae per ulla  
opera sed tantum fide, quum certo statu-  
uar, quod propter Christum habeant pla-  
catum Deum, quemadmodum *Paulus* docet  
*Rom. 5.* *Iustificati per fidem, pacem habemus  
apud Deum.* Tota haec doctrina ad illud  
certamen perterrefactæ conscientiae refe-  
renda est, nec sine illo certamine intelligi  
potest. Quare male judicant de ea re ho-  
mines imperiti et profani, qui christia-  
nam iustitiam nihil esse somniant, nisi ci-  
vilem et philosophicam iustitiam.

Olim vexabantur conscientiae doctrina  
operum; non audiebant ex evangelio con-  
solutionem. Quosdam conscientia expulit  
in desertum, in monasteria, sperantes, ibi  
se gratiam meritos esse per vitam mo-  
naстicam. Alii alia excogitaverunt opera  
ad promerendam gratiam et satisfacien-  
dum pro peccatis. Ideo magnopere fuit  
opus hanc doctrinam de fide in Christum  
tradere et renovare, ne decesset consolatio  
pavidis conscientiis, sed scirent, fide in  
Christum apprehendi gratiam et remissio-  
nem peccatorum et justificationem.

Admonentur etiam homines, quod hic  
nomen fidei non significet tantum histo-  
riæ notitiam, qualis est in impiis et diabo-  
lo, sed significet fidem, quae credit non

can-

tantum historiam, sed etiam effectum histo-  
riae, videlicet hunc articulum, remissionem  
peccatorum, quod videlicet per Christum  
habeamus gratiam, justitiam et remissio-  
nem peccatorum.

Jam qui scit, se per Christum habere pro-  
pitium Patrem, is vere novit Deum; scit se  
ei curae esse; invocat eum; deinde non  
est sine Deo, sicut gentes. Nam diaboli et  
impii non possunt hunc articulum crede-  
re, remissionem peccatorum. Ideo Deum  
tanquam hostem oderunt, non invocant  
eum, nihil boni ab eo exspectant. *Augu-*  
*stinus* etiam de fidei nomine hoc modo ad-  
monet lectorem et docet, in scripturis no-  
men fidei accipi, non pro notitia, qualis  
est in impiis, sed pro fiducia, quae conso-  
latur et erigit per terrefactas mentes.

Praeterea docent nostri, quod necesse  
sit bona opera facere, non ut confidamus  
per ea gratiam mereri, sed propter volunt-  
atem Dei. Tantum fide apprehenditur re-  
missio peccatorum ac gratia. Et quia per  
fidem accipitur spiritus sanctus, iam corda  
renovantur et induunt novos affectus, ut  
parere bona opera possint. Sic enim ait  
*Ambrosius*: *fides bonae voluntatis et justae*  
*actionis genitrix est*. Nam humanae vires,  
sine spiritu sancto, plenae sunt impiis affe-



Etibus et sunt imbecilliores, quam ut bona opera possint efficere coram Deo; ad haec sunt in potestate diaboli, qui impellit homines ad varia peccata, ad impias opiniones, ad manifesta scelera. Quemadmodum est videre in philosophis, qui et ipsi conati honeste vivere, tamen id non potuerunt efficere, sed contaminati sunt multis manifestis sceleribus. Talis est imbecillitas hominis, quum est sine fide et sine spiritu sancto, et tantum humanis viribus se gubernat.

Hinc facile apparet, hanc doctrinam non esse accusandam, quod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, quod ostendit, quomodo bona opera facere possumus. Nam sine fide nullo modo potest humana natura primi, aut secundi praecetti opera facere. Sine fide non invocat Deum, a Deo nihil exspectat, non tolerat crucem, sed quaerit humana praesidia, confidit humanis praesidiis. Ita regaant in corde omnes cupiditates et humana consilia, quum abest fides et fiducia erga Deum. Quare et Christus dixit: *sine me nihil potestis facere*, Joan. 15. Et ecclesia canit: *sine tuo numine nihil est in homine*; nihil est in nomine.

Art.

\* \* \*

*Art. XXI. de cultu sanctorum.*

De cultu sanctorum docent, quod memoria sanctorum proponi potest, ut imitemur fidem eorum et bona opera juxta vocationem; ut caesar imitari potest exemplum Davidis in bello gerendo ad depellendos Turcas a patria; nam uterque rex est. Sed scriptura non docet invocare sanctos, seu petere auxilium a sanctis: quia unum Christum nobis proponit mediatorem, propitiatorium, pontificem, intercessorem. Hic invocandus est et promisit, se exauditurum esse preces nostras, et hunc cultum maxime probat, videlicet, ut invocetur in omnibus afflictionibus.  
*i Job. 2. Si quis peccat, habemus advocatum apud Deum, caet.*

Haec fere summa est doctrinae apud nos, in qua cerni potest, nihil inesse, quod discrepet a scripturis, vel ab ecclesia catholica, vel ab ecclesia Romana, quatenus ex scriptoribus nota est. Quod quum ita sit, inclementer judicant isti, qui nostros pro haereticis haberri postulant. Sed dissensio est de quibusdam abusibus, qui sine certa auctoritate in ecclesiis irrepererunt, in quibus etiam, si qua esset dissimilitudo, tamen decebat haec lenitas episcopos, ut propter

con-

confessionem, quam modo recensuimus, tolerarent nostros; quia ne canones quidem tam duri sunt, ut eosdem ritus ubique esse postulent. Neque similes unquam omnium ecclesiarum ritus fuerunt, quamquam apud nos magna ex parte veteres ritus diligenter servantur; falsa enim calumnia est, quod omnes caerimoniae, omnia vetera instituta in ecclesiis nostris aboleantur. Verum publica querela fuit, ab usus quosdam in vulgaribus ritibus haere-re. Hi, quia non poterant bona conscientia probari, aliqua ex parte correcti sunt.

#### ARTICULI, IN QVIEVS RECENSENTVB

##### ABVSVS MVTA

Quum ecclesia apud nos de nullo articulo fidei dissentiant ab ecclesia catholica, tantum paucos quosdam abusus omittant, qui novi sunt et contra voluntatem canonum vitio temporum recepti, rogamus, ut caesarea Majestas clementer audiat, et quid sit mutatum, et quae fuerint caussae, quo minus coactus sit populus, illos abusus contra conscientiam observare. Nec habeat fidem caesarea Majestas istis, qui, ut inflammat odia hominum adversus nostros, miras calumnias spargunt in populum. Hoc modo, irritatis animis bonorum

viro

virorum, initio praebuerunt occasionem  
huic disidio et eadem arte conantur nunc  
augere discordias. Nam caesarea Majestas  
haud dubie comperiet, tolerabiliorem esse  
formam et doctrinae et caerimoniatum a-  
pud nos, quam qualēm homines iniqui et  
malevoli describunt. Porro veritas ex vul-  
gi rumoribus, aut maledictis inimicorum  
colligi non potest. Facile autem hoc judi-  
cari potest, nihil magis prodesse ad digni-  
tatem caeremoniarum conservandam, et a-  
lendam reverentiam ac pietatem in popu-  
lo, quam si caerimoniae rite fiant in ec-  
clesiis.

### I. De utraque specie.

Laicus datur utraque species sacramenti  
in coena Domini, quia hic mos habet man-  
datum Domini, *Mattb. 26. Bibite ex hoc  
omnes; ubi manifeste praecepit Christus de  
poco, ut omnes bibant.*

Et ne quis possit cavillari, quod ad sa-  
cerdotes tantum pertineat, *Paulus ad Co-  
rinth. exemplum recitat, in quo appetet,  
totam ecclesiam utraque specie usam esse.  
Et diu mansit hic mos in ecclesia, nec con-  
stat, quando, aut quo auctore mutatus sit;  
tametsi Cardinalis *Casanus* reciteret, quando  
sit approbatus. Cyprianus aliquot locis te-  
statur, populo sanguinem datum esse. Idem  
testa-*

testatur Hieronymus, qui ait: *sacerdotes eucharistiae ministrant et sanguinem Christi populis dividunt.* Imo Gelasius Papa mandat, ne dividatur sacramentum, *dist. 2. de consecratione. cap. comperimus.* Tantum consuetudo non ita vetus aliud habet. Constat autem, quod consuetudo, contra mandata Dei introducta, non sit probanda, ut reflectantur canones, *dist. 8. cap. veritate*, cum sequentibus. Haec vero consuetudo non solum contra scripturam, sed etiam contra veteres canones et exemplum ecclesiae recepta est. Quare si qui maluerunt utraque specie sacramenti uti, non fuerunt cogendi, ut aliter facerent cum offensione conscientiae. Et quia divisio sacramenti non convenit cum institutione Christi, solet apud nos omitti processio, quae hactenus fieri solita est.

### II. *De conjugio sacerdotum.*

Publica querela fuit de exemplis sacerdotum, qui non continebant. Quam ob caussam et Pius Papa dixisse fertur, fuisse aliquas caussas, cur ademittum sit sacerdotibus conjugium, sed multo majores esse caussas, cur reddi debeat. Sic enim scribit *Platina.* Quum igitur sacerdotes apud nos publica illa scandala vitare vellent, duxerunt uxores ac docuerunt, quod liceat ipsis

con-

con  
Pau  
um  
nubo  
non  
non  
os e  
crea  
testa  
creat  
idon  
matr  
dina  
votu  
sacer  
Co  
tes f  
scop  
in G  
gent  
batur  
archi  
edict  
ab ir  
press  
ut no  
beren  
nia j  
etiam

contrahere matrimonium. Primum, quia Paulus dicit: *unusquisque habeat uxorem suum propter fornicationem; item, melius est nubere, quam uri.* Secundo, Christus inquit: *non omnes capiunt verbum hoc;* ubi docet, non omnes homines ad coelibatum idoneos esse, quia Deus creavit hominem ad procreationem, *Genes. i.* Nec est humanae protestatis, sine singulari dono et opere Dei creationem mutare. Igitur qui non sunt idonei ad coelibatum, debent contrahere matrimonium. Nam mandatum Dei et ordinationem Dei nulla lex humana, nullum votum tollere potest. Ex his causis docent sacerdotes, sibi licere uxores ducere.

Constat etiam, in ecclesia veteri sacerdotes fuisse maritos. Nam et Paulus ait, episcopum eligendum esse, qui sit maritus, et in Germania primum ante annos quadrigenitos sacerdotes vi coacti sunt ad coelibatum; qui quidem adeo adversari sunt, ut archiepiscopus Moguntinus, publicaturus edictum Romani pontificis de ea re, paene ab iratis sacerdotibus per tumultum oppressus sit. Et res gesta est tam inciviliter, ut non solum imposterum conjugia prohiberentur, sed etiam praesentia, contra omnia jura divina et humana, contra ipsos etiam canones, factos non solum a pontifici-



ficibus, sed a laudatissimis synodis, distraherentur.

Et quum senescente mundo, paullatim natura humana fiat imbecillior, convenit prospicere, ne plura vitia serpent in Germaniam.

Porro Deus instituit conjugium, ut esset remedium humanae infirmitatis. Ipsi canones veterem rigorem interdum posterioribus temporibus propter imbecillitatem hominum laxandum esse dicunt, quod optandum est, ut fiat et in hoc negotio. Ac videntur ecclesiis aliquando defuturi pastores, si diutius prohibeatur conjugium.

Quum autem exstet mandatum Dei, quum mos ecclesiae notus sit, quum impurus coelibatus plurima pariat scandalum, adulteria et alia scelera digna animadversione boni magistratus: tamen mirum est, nulla in re maiorem exerceri saevitiam, quam adversus conjugium sacerdotum. Deus praecepit honore afficere conjugium; leges in omnibus rebus publicis bene constitutis, etiam apud ethnicos, maximis honoribus ornaverunt; at nunc capitalibus poenis excruciantur, et quidem sacerdotes, contra canonum voluntatem, nullam aliam ob causam, nisi propter conjugium. Pau-

lus

lus v  
prohi  
nunc  
ciis p  
Sic  
mand  
est to  
Cypr  
non f  
ejus s  
perseve  
ut nub  
dant;  
scanda  
tuntur  
stam a  
tenus

Fals  
missam  
pud n  
Servan  
nes, H  
bus ad  
additae  
ad hoc  
ceant  
Praecip

lus vocat doctrinam daemoniorum, quae prohibet conjugium, 1 Tim. 4. Id facile nunc intelligi potest, quum talibus suppli- ciis prohibitio conjugii defenditur.

Sicut autem nulla lex humana potest mandatum Dei tollere, ita nec votum potest tollere mandatum Dei. Proinde etiam Cyprianus suadet, ut mulieres nubant, quae non servant promissam castitatem. Verba ejus sunt haec, lib. 1. epist. 11. *Si antem perseverare nolunt, aut non possunt, melius est, ut nubant, quam ut in ignem deliciis suis cadant; certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant.* Et aequitate quadam u-tuntur ipsi canones erga hos, qui ante iusta-  
stam aetatem voverunt, quomodo fere hac-  
tenus fieri consuevit.

### III. De missa.

Falso accusantur ecclesiae nostrae, quod missam aboleant; retinetur enim missa a-pud nos et summa reverentia celebratur. Servantur et usitatae caerimoniae fere om-nes, praeterquam quod latinis cantionib-  
us admiscentur alicubi Germanicae, quae additae sunt ad docendum populum. Nam ad hoc unum opus est caerimoniis, ut do-ceant imperitos. Et non modo *Paulus* praecepit, uti lingua intellecta populo in-

C eccl-

stra-  
atim  
venit  
Ger-  
es-  
i ca-  
oste-  
lita-  
uod  
tio-  
turi  
nju-  
Dei,  
pu-  
, a-  
fio-  
est,  
am,  
um.  
um;  
on-  
ho-  
bus  
tes,  
am  
au-  
lus





ecclesia, sed etiam ita constitutum est humano jure. Assuevit populus, ut una utantur sacramento, si qui sunt idonei; id quaque auget reverentiam ac religionem publicarum caerimoniarum; nulli enim admittuntur, nisi antea explorati. Admonentur etiam homines de dignitate et usu sacramenti, quantam consolationem adferat pavidis conscientiis, ut discant Deo credere et omnia bona a Deo expectare et petere. Hic cultus delectat Deum; talis usus sacramenti alit pietatem erga Deum. Itaque non videntur apud adversarios missas majore religione fieri, quam apud nos.

Constat autem, hanc quoque publicam et longe maximam querelam omnium honorum virorum diu fuisse, quod missae turpiter profanarentur, collatae ad quaestum. Neque enim obscurum est, quam late patet hic abusus in omnibus templis; a quilibus celebrentur missae, tantum propter mercedem aut stipendium; quam multa contra interdictum canonum celebrentur. Paulus autem graviter minatur his, qui indigne tractant eucharistiam, quum ait: quod ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indigne, reus erit corporis et sanguinis Domini. Itaque quum apud nos admonerentur sacerdotes de hoc peccato, desierunt apud nos

nos  
vara  
Ne  
pi,  
nus  
diffin  
clesia  
ri de  
multu  
quam  
rant,  
gnae  
exstir  
diutu  
ecclie  
mend  
decal  
utinn  
di nu  
quaes  
Ac  
fas in  
passio  
institu  
quoti  
bus.  
missa  
mortu  
ptum



nios privatae missae, quum fere nullae privatae missae, nisi quaestus caussa, fierent.

Neque ignoraverunt hos abusus episcopi, qui si correxisserent eos in tempore, minus nunc essent dissensionum. Antea sua dissimulatione multa vitia passi sunt in ecclesiam serpere. Nunc fero incipiunt queri de calamitatibus ecclesiae, quum hic tumultus non aliunde sumserit occasionem, quam ex illis abusibus, qui tam manifesti erant, ut tolerari amplius non possent. Magnae dissensiones de missa, de sacramento extiterunt. Fortasse dat poenas orbis tam diuturnae profanationis missarum, quam in ecclesiis tot seculis toleraverunt isti, qui emendare et poterant et debebant. Nam in decalogo scriptum est: *qui Dei nomine abutitur, non erit impunitus.* At ab initio mundi nulla res divina ita videtur unquam ad quaestum collata fuisse, ut missa.

Accessit opinio, quae attixit privatas missas in infinitum, videlicet quod Christus sua passione satisfecerit pro peccato originis et instituerit missam, in qua fieret oblatio pro quotidianis delictis, mortalibus et venialibus. Hinc manavit publica opinio, quod missa sit opus delens peccata vivorum et mortuorum ex opere operato. Hic coemptum est disputari, utrum una missa dicta

C 2 pro



pro pluribus tantudem valeat, quantum sunt.  
singulae pro singulis. Haec disputatio per-  
perit istam infinitam multitudinem mis-  
serum.

De his opinionibus nostri admonuerunt,  
quod dissentiant a scripturis sanctis et lae-  
dant gloriam passionis Christi. Nam passio  
Christi fuit oblatio et satisfactio, non solum  
pro culpa originis, sed etiam pro omnibus  
reliquis peccatis, ut ad Hebreos scriptum  
est: *sanctificati sumus per oblationem Iesu  
Christi semel*. Item: *una oblatione consumma-  
vit in perpetuum sanctificatos*.

Item scriptura docet, nos coram Deo ju-  
stificari per fidem in Christum, quum cre-  
dimus, nobis remitti peccata propter Chri-  
stum. Jam si missa delet peccata vivorum  
et mortuorum ex opere operato, contingit  
justificatio ex opere missarum, non ex fide;  
quod scriptura non patitur.

Sed Christus jubet facere in sui memo-  
riam; quare missa instituta est, ut fides in  
iis, qui utuntur sacramento, recordetur,  
quae beneficia accipiat per Christum, et eri-  
gat et consoletur pavidam conscientiam.  
Nam id est meminisse Christi, beneficia me-  
minisse ac sentire, quod vere exhibeantur  
nobis; nec satis est historiam recordari, quia  
hanc etiam Judaei et impii recordari pos-  
sunt.

rum sunt. Est igitur ad hoc facienda missa, ut  
per ibi porrigitur sacramentum his, quibus o-  
mis- pus est consolatione, sicuti Ambrosius ait:  
quia semper pecco, semper debo accipere me-  
runt, dicinam.

iae. Quum autem missa sit talis communica-  
assio tio sacramenti; servatur apud nos una com-  
olum munis missa singulis feriis atque aliis etiam  
ibus diebus, si qui sacramento velint uti; ubi por-  
rigitur sacramentum his, qui petunt. Ne-  
Jesu que hic mos in ecclesia novus est. Nam ve-  
teres ante Gregorium non faciunt mentio-  
nem privatae missae; de communi missa  
Plurimum loquuntur. Chrysostomus ait: sa-  
cerdotem quotidie stare ad altare; et alios  
ad communionem accersere, alios arcere.  
Et ex canonibus veteribus apparet, unum  
aliquem celebrasse missam, a quo reliqui  
fide; presbyteri et diaconi sumserunt corpus Do-  
mini. Sic enim sonant verba canonis Ni-  
caeni: accipient diaconi secundum ordinem  
post presbyteros ab episcopo, vel a presbytero  
sacram communionem. Et Paulus de com-  
munione jubet, ut alii alios exspectent, ut  
fiant communis participatio.

Postquam igitur missa apud nos habet  
exemplum ecclesiae, ex scriptura et patri-  
bus, confidimus improbari eam non posse,  
maxime quum publicae caerimoniae, magna

ex parte similes usitatis serventur. Tantum numerus missarum est dissimilis, quem propter maximos et manifestos abusus certe moderari prodesset. Nam olim etiam in ecclesiis frequentissimis non siebat quotidie missa, ut testatur *historia tripartita lib. 9. c. 38.* Rursus autem in Alexandria quarta et sexta feria scripturae leguntur, easque doctores interpretantur, et omnia fiunt, praeter lemnum oblationis morem.

#### IV. De confessione.

Confessio in ecclesiis apud nos non est abolita. Non enim solet porrigi corpus Domini, nisi antea exploratis et absolutis. Et docetur populus diligentissime de fide absolutionis, de qua ante haec tempora magnum erat silentium. Docentur homines, ut absolutionem plurimi faciant, quia sit vox Dei et mandato Dei pronuncietur. Ornatur potestas clavium et commemoratur, quantum consolationem adserat perterrefactis conscientiis, et quod requirat Deus fidem, ut illi absolutioni, tanquam voci de coelo sonanti credamus, et quod illa fides in Christum vere consequatur et accipiat remissionem peccatorum. Antea immodice extollebantur satisfactiones, fidei vero et meritum Christi ac justitiae fidei nulla siebat mentio.

qua

quare  
eccles  
rii tri  
na de  
tracta  
Se  
ratio  
onera  
omni  
delici  
quis  
cor b  
pecc  
quan  
quia  
mem  
scrip  
faria  
qui  
blicu  
edire  
Deu  
ta a  
Deli  
entia  
nize  
hum  
con  
lati

quare in haec parte minime sunt culpanda ecclesiae nostrae. Nam hoc etiam adversarii tribuere nobis coguntur, quod doctrina de poenitentia diligentissime a nostris tractata ac patefacta sit.

Sed de confessione docent, quod enumeratio delictorum non sit necessaria, nec sint onerandae conscientiae cura enumerandi omnia delicta, quia impossibile est, omnia delicta recitare, ut testatur psalmus: *delicta quis intelligit?* item Jeremias: *pravum est cor hominis et inscrutabile.* Quod si nulla peccata, nisi recitata, remitterentur, nunquam acquiescere conscientiae possent, quia plurima peccata neque vident, neque meminisse possunt. Testantur et veteres scriptores, enumerationem non esse necessariam. Nam in decretis citatur Chrysostomus, qui sic ait: *Non tibi dico, ut te prodas in publicum, neque apud alios te accuses; sed obediens te volo prophetae dienti: revela ante Deum viam tuam.* Ergo tua confitere peccata apud Deum, verum judicem, cum oratione. Delicta tua pronuncia non lingua, sed conscientiae tuae memoria, caet. Et glossa de poenitentia, dist. 5. cap. consideret, fatetur, humani juris esse confessionem. Verum confessio, quum propter maximum abolutionis beneficium, tum propter alias

C 4

con-



conscientiarum utilitates apud nos retinetur.

V. *De discrimine ciborum.*

Publica persuasio fuit non tantum vulgi, sed etiam docentium in ecclesiis, quod discrimina ciborum et similes traditiones humanae sint opera utilia ad promerendam gratiam et satisfactoria pro peccatis. Et quod sic senserit mundus, apparet ex eo, quia quotidie instituebantur novae caerimoniae, novi ordines, novae feriae, nova jejunia; et doctores in templis exigebant haec opera, tanquam necessarium cultum ad promerendam gratiam, et vehementer terrebant conscientias, si quid omitterent. Ex hac persuasione de traditionibus multa incommoda in ecclesia sequuta sunt.

Primo, obscurata est doctrina de gratia et justitia fidei, quae est praecipua pars euangelii, et quam maxime oportet existare et eminere in ecclesia, ut meritum Christi bene cognoscatur, et fides, quae credit remitti peccata propter Christum, longe supra opera collocetur. Quare et *Paulus* in hunc locum maxime incumbit, legem et traditiones humanas removet, ut ostendat, justitiam christianam aliud quiddam esse, quam hujusmodi opera, videlicet fidem, quae credit, peccata gratis remitti propter

Chri-

Chris  
tota  
perer  
cibor  
gratia  
menti  
satisfia  
tur p  
Sed  
praec  
fereb  
totus  
feriar  
obser  
simi t  
ta per  
cation  
pater  
ter pa  
publi  
dana  
splen  
valde  
leban  
in co  
ctioni  
et sim  
vario

Christum. At haec doctrina Pauli paene tota oppressa est per traditiones, quae pererunt opinionem, quod per discrimina ciborum et similes cultus oporteat mereri gratiam et justitiam. In poenitentia nulla mentio siebat de fide; tantum haec opera satisfactoria proponebantur; in his videbatur poenitentia tota consistere.

Secundo hae traditiones obscurayerunt praecepta Dei, quia traditiones longe praeferabantur praeceptis Dei. Christianismus totus putabatur esse observatio certarum feriarum, rituum, jejuniorum, vestitus. Hae observationes erant in possessione honestissimi tituli, quod essent vita spiritualis et vita perfecta. Interim mandata Dei juxta vocationem nullam laudem habebant, quod paterfamilias educabat sobolem, quod mater pariebat, quod princeps regebat rem publicam; haec putabantur esse opera mundana et imperfecta et longe deteriora illis splendidis observationibus. Et hic error valde cruciavit pias conscientias, quae dolabant, se teneri imperfecto vitae genere, in conjugio, in magistratibus, aut aliis functionibus civilibus; mirabantur monachos et similes, et falso putabant, illorum observationes Deo gratiore esse.



Tertio traditiones attulerunt magna pericula conscientiis, quia impossibile erat, omnes traditiones servare, et tamen homines arbitrabantur, has observationes necessarios esse cultus. *Gerson* scribit, multos incidisse in desperationem, quosdam etiam sibi mortem concivisse, quia senserant, se non posse satisfacere traditionibus; et interim consolationem nullam de justitia fidei et de gratia audierant. Videmus summiſtas et theologos colligere traditiones et quaerere *πιεκτις*, ut levent conscientias; non satis tamen expediunt, sed interdum magis injiciunt laqueos conscientiis. Et in colligendis traditionibus ita fuerunt occupatae scholae et conciones, ut non vacaverit attingere scripturam et quaerere utiliorem doctrinam de fide, de cruce, de spe, de dignitate civilium rerum, de consolatione conscientiarum in arduis temptationibus. Itaque *Gerson* et alii quidam theologi graviter questi sunt, se his rixis traditionum impediri, quo minus versari possent in meliore genere doctrinae. Et *Augustinus* vetat onerare conscientias hujusmodi observationibus, et prudenter admonet Januarium, ut sciat, eas indifferenter observandas esse; sic enim loquitur.

Qua-

Q  
cauſſ  
poru  
gna  
nati  
admi  
git u  
et ju  
pote  
am.  
Si  
tion  
simu  
non  
serv  
testi  
exc  
firat  
ber  
gis,  
min  
Et  
os,  
Reg  
Ner  
die  
eler  
mu

Quare nostri non debent videri hanc caussam temere attigisse, aut odio episcoporum, ut quidam falso suspicantur. Magna necessitas fuit, de illis erroribus, qui nati erant ex traditionibus male intellectis, admonere ecclesias. Nam evangelium cogit urgere doctrinam in ecclesiis de gratia et justitia fidei, quae tamen intelligi non potest, si putent homines, se mereri gratiam per observationes ab ipsis electas.

Sic igitur docuerunt, quod per observationem traditionum humanarum non possumus gratiam mereri, aut justificari; quare non est sentendum, quod hujusmodi observationes sint necessarius cultus. Addunt testimonia ex scriptura. Christus *Mattb. 15.* excusat apostolos, qui non servaverant ufitatam traditionem; quae tamen videbatur de re non illicita, sed media esse, et habere cognitionem cum baptismatibus legis, et dicit: *frustra colunt me mandatis bonum.* Igitur non exigit cultum inutilem. Et paulo post addit: *omne, quod intrat in os, non inquinat hominem.* Item *Rom. 14.* Regnum Dei non est esca, aut potus. *Col. 2.* Nemo judicet vos in cibo, potu, sabbato, aut die festo. Item, si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tanquam viventes in mundo decreta facitis? ne attingas; ne gressus



stes; ne contrectes. Ad. 15. ait Petrus: quare tentatis Deum, imponentes jugum super cervices discipulorum, quod neque nos, neque patres nostri portare potuimus? sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus salvati, quemadmodum et illi. Hic verat Petrus onerare conscientias pluribus ritibus; sive Mosis, sive aliis. Et i Timoth. 4. vocat prohibitionem ciborum doctrinam daemoniorum; quia pugnat cum evangelio, talia opera instituere, aut facere, ut per ea mereamur gratiam; aut quod non possit existere christianismus sine tali cultu.

Hic objiciunt adversarii, quod nostri prohibeant disciplinam et mortificationem carnis, sicut Jovianus: verum aliud deprehendetur ex scriptis nostrorum. Semper enim docuerunt de cruce, quod christianos oporteat tolerare afflictiones. Haec est vera, seria et non simulata mortificatio, variis afflictionibus exerceri et crucifigi cum Christo.

Insuper docent, quod quilibet christianus debeat se corporali disciplina, aut corporalibus exercitiis et laboribus sic exercere, ne saturitas aut desidia existimuleret ad peccandum; non, ut per illa exercitia mereamur gratiam, aut satisfaciamus pro peccatis. Et hanc corporalem disciplinam o-

por-

por  
et c  
pit:  
pula  
citu  
casti  
Vbi  
non  
miss  
beat  
ales  
tion  
jeju  
cert  
conf  
sint  
Se  
trad  
ordi  
num  
terin  
tus  
sit p  
si on  
in ri  
bus.  
veru  
man  
saron

portet semper urgere, non solum paucis et constitutis diebus, sicut *Christus* praecipit: *cavete, ne corpora vestra graventur crapula.* Item, *hoc genus daemoniorum non ejicitur, nisi jejunio et oratione.* Et *Paulus* ait: *castigo corpus meum, et redigo in servitatem.* Vbi clare ostendit, se ideo castigare corpus, non ut per eam disciplinam mereatur remissionem peccatorum; sed ut corpus habeat obnoxium et idoneum ad res spirituales, et ad faciendum officium, juxta vocationem suam. Itaque non damnantur ipsa jejunia, sed traditiones, quae certos dies, certos cibos praescribunt cum periculo conscientiae, tanquam istiusmodi opera sint necessarius cultus.

Servantur tamen apud nos pleraequem traditiones, quae conducunt ad hoc, ut res ordine geratur in eccllesia, ut ordo lectio-num in missa et praecipiua feriae. Sed interim homines admonentur, quod talis cultus non justificet coram Deo, et quod non sit ponendum peccatum in talibus rebus, si omittantur sine scandalo. Haec libertas in ritibus humanis non fuit ignota patribus. Nam in oriente alio tempore servaverunt pascha, quam Romae; et quum Romani propter hanc dissimilitudinem accusaront orientem schismatis, admoniti sunt

ab

ab aliis, tales mores non oportere ubique similes esse. Et Irenaeus inquit: *dissontia jejunii fidei consonantiam non solvit; sicut et distinct.* 12. Gregorius Papa significat, talem dissimilitudinem non laedere unitatem ecclesiae. Et in *bistoria tripartita lib. 9.* multa colliguntur exempla dissimilium rituum, et recitantur haec verba: *mens apostolorum fuit, non de diebus festis sancire, sed praedicare bonam conversationem et pietatem.*

#### VI. De votis monachorum.

Quid de votis monachorum apud nos doceatur, melius intelliget, si quis meminerit, qualis status fuerit monasteriorum; quam multa contra canones in ipsis monasteriis quotidie siebant.

*Augustini tempore erant libera collegia; postea corrupta disciplina ubique addita sunt vota, ut tanquam excogitato carcere disciplina restitueretur. Additae sunt paullatim supra vota aliae multae observationes; et haec vincula multis ante justam aetatem contra canones injecta sunt. Multi inciderunt errore in hoc vitae genus; quibus, etiamsi non decesserent anni, tamen judicium de suis viribus defuit. Qui sic irretiti erant, cogebantur manere, etiamsi quidam beneficio canonum liberari possent. Et hoc accedit magis etiam in monasteriis virginum,*

num, quam monachorum; quam sexui im-  
 becilliori magis parcendum esset. Hic ri-  
 gor displicuit multis bonis viris ante haec  
 tempora, qui videbant, puellas et adole-  
 scentes in monasteria detrudi propter vi-  
 ctum. Videbant, quam infeliciter succede-  
 ret hoc consilium, quae scandala pareret,  
 quos laqueos conscientiis injiceret; dole-  
 bant auctoritatem *canonum* in re periculo-  
 fissima omnino negligi et contemni. Ad  
 haec mala acedebat talis persuasio de vo-  
 tis, quam constat etiam olim displicuisse  
 ipsis monachis, si qui paulo cordatiiores fu-  
 erunt. Docebant, vota paria esse baptismum;  
 docebant, se hoc vitae genere mereri re-  
 missionem peccatorum et justificationem  
 coram Deo. Immo addebant, vitam mona-  
 sticam non tantum justitiam mereri coram  
 Deo, sed amplius etiam: quia servaret non  
 modo praecepta, sed etiam consilia evan-  
 gelica. Ita persuadebant, monasticam pro-  
 fessionem longe meliorem esse baptismum;  
 vitam monasticam plus mereri, quam vitam  
 magistratum, vitam pastorum et similium,  
 qui in mandatis Dei sine factitiis religioni-  
 bus suae vocationi serviunt. Nihil horum  
 negari potest; extant enim in libris eorum.  
 Quid siebat postea in monasteriis? Olim e-  
 rant scholae sacrarum litterarum et alia-

rung



rum disciplinarum, quae sunt utiles ecclesiae; et sumebantur inde pastores et episcopi. Nunc alia res est; nihil opus est recitare nota. Olim ad discendum conveniebant; nunc singunt, institutum esse virae genus ad promerendam gratiam et justitiam; immo praedicant, esse statum perfectionis, et longe praefrerunt omnibus aliis vitae generibus, a Deo ornatis.

Haec ideo recitavimus, nihil odiose exaggerantes, ut melius intelligi posset de hac re doctrina nostrorum. Primum de his, qui matrimonia contrahunt, sic docent apud nos: quod liceat omnibus, qui non sunt idonei ad coelibatum, contrahere matrimonium; quia vota non possunt ordinationem, ac mandatum Dei tollere. Est autem hoc mandatum Dei (*1 Cor. 7,2.*): *propter fornicationem habeat unusquisque uxorem suam.* Neque mandatum solum, sed etiam creatio et ordinatio Dei cogit hos ad conjugium, qui sine singulari Dei opere non sunt excepti, juxta illud, (*Gen. 2,18*) *non est bonum homini, esse solum.* Igitur non peccant isti, qui obtemperant huic mandato et ordinationi Dei.

Quid potest contra haec opponi? Exaggereret aliquis obligationem voti, quantum volet, tamen non poterit efficere, ut

vo-

votum  
cent, i  
quare  
data D  
nullas  
nec R  
que e  
simpli  
prude  
aequit  
esse; i  
tur. N  
revoca  
pla ne  
Dei  
adver  
terim  
bet es  
luntar  
At qu  
petua  
quisq  
lae et  
possai  
dum  
quumi  
re; q  
turam  
sulto

votum tollat mandatum Dei. *Canones* docent, in omni voto jus superioris excipi, quare multo minus haec vota contra mandata Dei valent. Quod si obligatio votorum nullas haberet caussas, cur mutari possit, nec Romani pontifices dispensassent. Neque enim licet homini, obligationem, quae simpliciter est juris divini, rescindere. Sed prudenter judicaverunt Romani potefices, aequitatem in hac obligatione adhibendam esse; ideo saepe de votis dispensasse leguntur. Nota est historia de rege Arragonum, revocato ex monasterio; et existant exempla nostri temporis.

Deinde, cur obligationem exaggerant adversarii, seu effectum voti? quum interim de ipsa voti natura fileant, quod debet esse in re possibili, quod debet esse voluntarium, sponte et consulto conceptum. At quomodo sit in potestate hominis perpetua castitas, non est ignorant; et quotus quisque sponte et consulto vovit? Pueri et adolescentes, priusquam judicare possunt, persuadentur ad vovendum, interdum etiam coguntur. Quare non est aequum, tam rigide de obligatione disputare; quum omnes fateantur, contra voti naturam esse; quod non sponte, quod inconsulto admittitur. Plerique *canones* rescindunt

D

dant

dunt vota ante annum 15. contracta, quae gratiam  
ante illam aetatem non videtur tantum esse autem, i  
judicii, ut de perpetua vita constitui possit religione.  
Alius canon, plus concedens hominum im  
becillitati, addit annos aliquot; vetat enim est aliud,  
ante annum 18. votum fieri. Sed utrum se obseu  
quemur? maxima pars habet excusationem, qui  
cur monasteria deserant, quia plurimi an  
te hanc aetatem voverunt.

Postremo, etiamsi voti violatio repre  
hendi posset; tamen non videtur statim se  
qui, quod conjugia talium personarum dif  
folvenda sint. Nam *Augustinus* negat debe  
re dissolvi, 27. *quaest. 1. cap. nuptiarum*, cu  
jus non est levis auctoritas, etiamsi alii po  
stea aliter fenserunt.

Quamquam autem mandatum Dei de  
conjugio videatur plerosque liberare a vo  
tis, tamen afferunt nostri et aliam rationem  
de votis, quod sint irrita, quia omnis cul  
tus Dei, ab hominibus sine mandato Dei in  
stitutus et electus ad promerendam justifi  
cationem et gratiam, impius est, sicut *Chris  
tus* ait (*Matt. 15, 9*): *frustra colunt me*  
*mandatis hominum*. Et *Paulus* ubique do  
cet, justitiam non esse quaerendam ex no  
stris observationibus et cultibus, qui sint  
excogitati ab hominibus, sed contingere  
eam per fidem credentibus, se recipi in  
gra-

qui gratiam a Deo propter Christum. Constat  
*et* monachos docuisse, quod factitiae  
*officij* religiones satisfaciant pro peccatis, mere-  
*antur* gratiam et justificationem. Quid hoc  
*nihil* est aliud, quam de gloria Christi detrahere,  
*scit* obscurare ac negare justitiam fidei? Se-  
*quuntur* igitur, ista vota usitata impios cul-  
*latus* fuisse, quare sunt irrita. Nam votum  
*impium* et factum contra mandata Dei non  
*valet*; neque enim debet votum vinculum  
*esse* iniquitatis, ut canon dicit. *Paulus* di-  
*dit* (*Gal. 5, 4.*): *evacuati estis a Christo, qui*  
*ebi* *in lege justificamini; a gratia excidistis.* Er-  
*cuso* etiam, qui votis justificari volunt, eva-  
*quantur* a Christo, et a gratia excidunt.  
*Nam* et hi, qui votis tribuunt justificatio-  
*rem*, tribuunt propriis operibus hoc, quod  
*proprie* ad gloriam Christi pertinet.

Neque vero negari potest, quin mona-  
*chi* docuerint, se per vota et observationes  
*suas* justificari et mereri remissionem pec-  
*catorum*; immo affinxerunt absurdiora: di-  
*kerunt*, se aliis mutuari sua opera. Haec si  
*quis* velit odiose exaggerare, quam multa  
*possit* colligere, quorum jam ipsos mona-  
*chos* pudet! Adhaec persuaserunt homini-  
*bis*, factitiae religiones esse statum christi-  
*anae* perfectionis. Annon est hoc justifica-  
*tionem* tribuere operibus? Non est leve

scandalum in ecclesia, populo propone  
 certum cultum, ab hominibus excogitatum  
 sine mandato Dei, et docere, quod talis c  
 tas justificet homines; quia justitia fid  
 quam maxime oportet tradi in ecclesia,  
 scuratur, quum illae mirificae religion  
 angelorum, simulatio paupertatis, et hum  
 litatis et coelibatus obfunduntur oculis h  
 minum. Praeterea obscurantur praecell  
 Dei et verus cultus Dei, quum audiunt h  
 mines, solos monachos esse in statu per  
 etionis: quia perfectio christiana est, se  
 timere Deum, et rursus concipere magna  
 fidem et confidere propter Christum, qui  
 habeamus Deum placatum; petere a D  
 et certo exspectare auxilium in omnib  
 rebus gerendis juxta vocationem; inter  
 foris diligenter facere bona opera et se  
 vire vocationi. In his rebus est vera pe  
 ctio et verus cultus Dei; non est in coelib  
 tu, aut mendicitate, aut ueste folidata. V  
 rum populus concipit multas pernicio  
 opinones ex illis falsis praconiis vi  
 monasticae. Audit, sine modo laudari co  
 libatum: ideo cum offensione conscient  
 versatur in conjugio. Audit, solos mend  
 icos esse perfectos: ideo cum offensio  
 conscientiae retinet possessiones, negoti  
 tur. Audit, consilium evangelicum esse  
 nō

Magna  
ate epis

bono vindicando: ideo alii in privata vita  
verentur ulcisci; audiunt enim, consi-  
um esse, non praeceptum. Alii omnes ma-  
tratus et civilia officia iudicant indigna-  
tione christianis.

Leguntur exempla hominum, qui deser-  
conjugio, deserta reipublicae admini-  
stratione, abdiderunt se in monasteria. Id  
ocabant fugere ex mundo et quaerere vi-  
e genus, quod Deo magis placeret; nec  
debant, Deo serviendum esse in illis man-  
atis, quae ipse tradidit, non in mandatis,  
uae sunt excogitata ab hominibus. Eo-  
rum et perfectum vitae genus est, quod ha-  
bet mandatum Dei. De his rebus necesse  
est admonere homines. Et ante haec tem-  
pora reprehendit *Gerson* errorem mona-  
chorum de perfectione et testatur, suis tem-  
poribus novam vocem fuisse, quod vita  
monastica sit status perfectionis.

Tam multae impiae opiniones haerent  
votis; quod justificant; quod sint perfe-  
cio christiana; quod servent consilia et  
raecepta; quod habeant opera superero-  
tionis. Haec omnia quum sint falsa et  
anomalia, faciunt vota irrita.

#### VII. *De potestate ecclesiastica.*

Magnae disputationes fuerunt de pote-  
te episcoporum, in quibus nonnulli in-

D 3

com-

Haec  
commodè commiscuerunt potestatem eccl<sup>ie</sup>  
siaisticam et potestatem gladii. Et ex hac con-  
fusione maxima bella, maximi motus exti-  
terunt, dum pontifices, freti potestate clav-  
ium, non solum novos cultus institue-  
runt, reservatione casuum, violentis excom-  
municationibus conscientias oneraverunt  
sed etiam regna mundi transferre, et im-  
peratoribus adimere imperium conati sunt.  
Haec vitia multo ante reprehenderunt in  
ecclesia homines pii et eruditi. Itaque no-  
stri ad consolandas conscientias, coacti sun-  
tendere discrimen ecclesiasticae potesta-  
ris et potestatis gladii, et docuerunt, utram  
que propter mandatum Dei religiose vene-  
randam et honore afficiendam esse, tan-  
quam summa Dei beneficia in terris.

Sic autem sentiunt, potestatem clavium  
seu potestatem episcoporum, juxta evange-  
lium, potestatem esse seu mandatum Dei  
praedicandi evangelii, remittendi et reti-  
nendi peccata et administrandi sacramenta.  
Nam cum hoc mandato Christus mittit A-  
postolos (Job. 20, 21 - 23.): sicut misit me Pa-  
ter, ita et ego mitto vos. Accipite spiritum  
sanctum; quorum remiseritis peccata, remit-  
tuntur eis, et quorum retinueritis peccata  
retentia sunt. Marc. 16, v. 15. Ite, praedicat-  
evangelium omni creaturae, caet.

Haec

do, seu  
do faci-  
ta voca-  
corpor-  
na, spir-  
possunt  
verbi e-  
(Röm. 1)  
salutem  
stas ec-  
tantum  
non im-  
sicut an-  
admini-  
stratio  
gelium  
sed cor-  
nifestas  
et corp-  
lem et  
Non  
tes ecc-  
um ma-  
admini-  
in alien  
mundi  
non to-  
pediat

Haec potestas tantum exerceatur docendo, seu praedicando verbum et porrigen-  
do sacramenta vel multis, vel singulis, jux-  
ta vocationem; quia conceduntur non res  
corporales, sed res aeternae, justitia aeter-  
na, spiritus sanctus, vita aeterna. Haec non  
possunt contingere, nisi per ministerium  
verbi et sacramentorum, sicut Paulus dicit  
(Röm. 1, 16.) : *evangelium est potentia Dei ad  
salutem omni credenti.* Itaque quum pote-  
stas ecclesiastica concedat res aeternas et  
tantum exerceatur per ministerium verbi,  
non impedit politicam administrationem,  
sicut ars canendi nihil impedit politicam  
administrationem. Nam politica admini-  
stratio versatur circa alias res, quam evan-  
gelium. Magistratus defendit non mentes,  
sed corpora et res corporales adversus ma-  
nifestas injurias, et coercet homines gladio  
et corporalibus poenis, ut justitiam civi-  
lem et pacem retineat.

Non igitur commiscendae sunt pote-  
stes ecclesiastica et civilis. Ecclesiastica su-  
um mandatum haber evangelii docendi et  
administrandi sacramenta. Non irrumptat  
in alienum officium; non transferat regna  
mundi; non abroget leges magistratum;  
non tollat legitimam obedientiam; non im-  
pediat judicia de ullis civilibus ordinatio-

nibus aut contractibus; non praescribat leges magistratibus de forma reipublicae, sicut dixit Christus (*Iob. 18, 36.*) regnum mundum non est de hoc mundo; item *Luc. 12, 14.* quis constituit me iudicem, aut divisorem super vos? Et Paulus ait *Phil. 3, v. 2.* Nossa potitia in coelis est. *2 Cor. 10, v. 4.* Arma militiae nostrae non sunt carnalia; sed potentia Deo, ad destruendas cogitationes, caet.

Ad hunc modum discernunt nostri utriusque potestatis officia et jubent, utramque honore afficere, et agnoscere, utramque Dei donum et beneficium esse.

Si quam habent episcopi potestatem gladii, hanc non habent episcopi ex mandato evangelii, sed jure humano, donatam a regibus et imperatoribus ad administracionem civilem suorum bonorum. Haec interim alia functio est, quam ministerium evangelii.

Quum igitur de jurisdictione episcoporum quaeritur, discerni debet imperium ab ecclesiastica jurisdictione. Porro, secundum evangelium, seu, ut loquuntur, de iure divino nulla jurisdictione competit episcopis ut episcopis, hoc est, his, quibus est commissum ministerium verbi et sacramentorum, nisi remittere peccata; item cognoscere doctrinam, et doctrinam ab evange-

lio

lio di  
rum  
muni  
bo. H  
eis ec  
illud  
Veru  
docer  
mand  
bet, I  
Gal. 1  
lium  
v. 8.  
sed pr  
testas  
nem.  
sacerd  
Petili  
scopis  
tur,  
quid  
Si  
vel j  
cauiss  
ram  
cessa  
vel i  
relin

lio dissentientem rejicere; et impios, quorum nota est impietas, excludere a communione ecclesiae, sine vi humana, sed verbo. Hic necessario et de jure divino debent eis ecclesiae praestare obedientiam, juxta illud (*Luc. 10, 16.*): *qui vos audit, me audit.* Verum quum aliquid contra evangelium docent, aut statuunt, tunc habent ecclesie mandatum Dei, quod obedientiam prohibet, *Matth. 7, v. 14.* *Cavete a pseudoproprietis.* *Gal. 1, v. 18.* *Si angelus de celo aliud evangelium evangelizaverit, anathema sit.* *2 Cor. 13, v. 8.* *Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate.* Item *v. 10,* *data est nobis potestas ad aedificationem, non ad destructionem.* Sic et canones praecipiunt, *2. q. 7. cap. sacerdotes, et cap. oves.* Et *Augustinus contra Petilianum epistolam* inquit: *nec catholicis episcopis consentiendum est, sicubi forte falluntur, aut contra canonicas Dei scripturas aliquid sentiunt.*

Si quam habent aliam vel potestatem vel jurisdictionem in cognoscendis certis causis, videlicet matrimonii, aut decimarii, caet. hanc habent humano jure, ubi ccessantibus ordinariis coguntur principes vel inviti suis subditis just dicere, ut pax retineatur.

D 5 Prae-



Praeter haec disputatur, utrum episcopi seu pastores habeant jus, instituendi caerimonias in ecclesia, et leges de cibis, feriis, gradibus ministrorum seu ordinibus, caet. condendi. Hoc jus qui tribuunt episcopis, allegant testimonium (Job. 16, 12.): *ad bac multa habeo vobis dicere, sed non potestis portare modo.* Quum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Allegant etiam exemplum apostolorum (Act. 15, 20.), qui prohibuerunt abstinere a sanguine et suffocato. Allegant sabbatum, mutatum in diem dominicum contra decalogum, ut videtur; nec ullum exemplum magis jactatur, quam mutatio sabbati. Magnam contendunt ecclesiae potestatem esse, quod dispensaverit de paecepto decalogi.

Sed de hac quaestione nostri sic docent, quod episcopi, non habent potestatem, statuendi aliquid contra evangelium, ut supra ostensum est. Docent idem canones 9. distincti. Porro contra scripturam est, traditiones condere, aut exigere, ut per eam observationem satisfaciamus pro peccatis, aut mereamur gratiam et justitiam. Laeditur enim gloria Christi, quum talibus observationibus conatur mereri justificationem. Constat autem, propter hanc per-

persi-  
tum  
doct-  
inde  
dicta  
sanct-  
tur,  
mer-  
nes  
facti  
It-  
tra-  
rum  
et o-  
opo-  
dam  
vitio-  
us a-  
bun-  
expi-  
esse.  
mori-  
in f-  
tum  
que-  
jeju-  
pec-  
mit-  
qui

persuasionem in ecclesia paene in infinitum crevisse traditiones, oppressa interim doctrina de fide et justitia fidei, quia subinde plures feriae factae sunt, jejunia indicta, caerimoniae novae, novi honores sanctorum instituti sunt, quia arbitrabantur, se auctores talium rerum his operibus mereri gratiam. Sic olim creverunt canones poenitentiales, quorum adhuc in satisfactionibus vestigia quaedam videmus.

Item auctores traditionum faciunt contra mandatum Dei, quum collocant peccatum in cibis, in diebus et similibus rebus, et onerant ecclesiam servitute legis; quasi oporteat apud christianos ad promerendam justificationem cultum esse similem levitico, cuius ordinationem commiserit Deus apostolis et episcopis. Sic enim scribunt quidam; et videntur pontifices aliqua ex parte exemplo legis Mosaicae decepti esse. Hinc sunt illa onera, quod peccatum mortale sit, etiam sine offensione aliorum, in feriis laborare manibus; quod sit peccatum mortale, omittere horas canonicas; quod certi cibi polluant conscientiam; quod jejunia sint opera, placantia Deum; quod peccatum in casu reservato non possit remitti, nisi accesserit auctoritas reservantis: quem quidem ipsi canones non de reservatione.

vatione culpae, sed de reservatione poenae ecclesiasticae loquuntur.

Vnde habent jus episcopi, has traditiones imponendi ecclesiae ad illaqueandas conscientias? quum Petrus vetat imponere jugum discipulis (*Act. 15, 10.*); quum Paulus dicat (*2 Cor. 13, 10.*), potestatem ipsis datum esse ad aedificationem, non ad destructionem. Cur igitur augent peccata per has traditiones?

Verum existant clara testimonia, quae prohibent condere tales traditiones ad promerendam gratiam, aut tanquam necessarias ad salutem. *Paulus Coloss. 2, v. 16.* *Nemo vos judicet in cibo, potu, parte diu festi, novilunio, aut sabbatis.* Item *v. 20 seq.* *Si mortui estis cum Christo ab elementis mundi, quare tanquam viventes in mundo decreta facitis? non attingas, non gustes, non contrebites, quae omnia pereunt usu, et sunt manda ta et doctrinae hominum, quae habent speciem sapientiae.* Item ad *Titum* aperte prohibet traditiones. *Tit. 1, 14.* *Non attendentes judaicis fabulis et mandatis hominum, aversantium veritatem.* Et *Christus Matt. 15, v. 14.* inquit de his, qui exigunt traditiones: *finite illos; caeci sunt, et duces caecorum, et improbat tales cultus (v. 13.): omnis plantatio, quam non plantavit pater meus coelestis,*

era-

*eradicabitur.* Si jus habent episcopi, one-  
randi ecclesias infinitis traditionibus et il-  
laqueandi conscientias, cur toties prohibet  
scriptura concedere et audire traditiones?  
cur vocat eas doctrinas daemoniorum (*I Tim. 4, 1.*)? Num frustra haec praemonuit  
spiritus sanctus?

Relinquitur igitur, quum ordinationes,  
institutae tanquam necessariae aut cum o-  
pinione promerendae gratiae, pugnant  
cum evangelio, quod non liceat ullis epi-  
scopis, tales cultus instituere aut exigere.  
Necesse est enim in ecclesiis retineri do-  
ctrinam de libertate christiana, quod non  
sit necessaria servitus legis ad justificatio-  
nem, sicut in *Galatis* scriptum est: *nolite iterum jugo servitutis subjici*; *Gal. 5, 1.* Ne-  
cessere est retineri praecipuum evangelii lo-  
cum, quod gratiam per fidem in Christum  
gratis consequamur; non propter certas  
observationes, aut propter cultus ab ho-  
minibus institutos.

Quid igitur sentiendum est de die domi-  
nico et similibus ritibus templorum? Ad  
haec respondent, quod liceat episcopis seu  
pastoribus, facere ordinationes, ut res or-  
dine gerantur in ecclesia; non, ut per illas  
mereamur gratiam, aut satisfaciamus pro  
peccatis, aut obligentur conscientiae, ut  
judi-

judicent esse necessarios cultus, ac sentiant se peccare, quum sine offensione aliorum violent. Sic *Paulus i Cor. 11,5.* ordinat, ut in congregacione mulieres velent capita; ut ordine audiantur in ecclesia interpretes, caet.

Tales ordinationes convenit ecclesias propter caritatem et tranquillitatem servare eatenus, ne alias alium offendat, ut ordine et sine tumultu omnia siant in ecclesiis, *i Cor. 14, 40. Phil. 2, 14.* Verum ita, ne conscientiae onerentur, ut ducant, res esse necessarias ad salutem, ac judicent, se peccare, cum violent eas sine aliorum offensione; sicut nemo dixerit, peccare mulierem, quae in publicum non velato capite procedit sine offensione hominum.

Talis est observatio diei dominici, passchatis, pentecostes et similium feriarum et rituum. Nam qui judicant, ecclesiae auctoritate pro sabbato institutam esse diei dominici observationem, tanquam necessariam, longe errant. Scriptura abrogavit sabbatum, quae docet, omnes caerimonias morticas post revelationem evangelium omitti posse. Et tamen quia opus erat constituerre certum diem, ut sciret populus, quando convenire deberet, apparet, ecclesiam ei rei destinasse diem dominicum, qui ob hanc quoque causam videtur magis placuisse,

ut

ut haberent homines exemplum christiana  
ne libertatis et scirent, nec sabbati, nec alterius Diei observationem necessariam esse.

Exstant prodigiosae disputationes de mutatione legis, de caerimoniis novae legis, de mutatione sabbati, quae omnes ortae sunt ex falsa persuasione, quod oporteat in ecclesia cultum esse similem levitico, et quod Christus commiserit apostolis et episcopis, excogitare novas caerimonias, quae sint ad salutem necessariae. Hi errores serperunt in ecclesiam, quum justitia fidei non satis clare diceretur. Aliqui disputant, dici Dominici observationem non quidem juris divini esse, sed quasi juris divini; praescribunt de feriis, quatenus licet operari. Hujusmodi disputationes quid sunt aliud, nisi laquei conscientiarum? Quamquam enim conentur epiekeizare traditiones, tamen nunquam potest aequitas deprehendi, donec manet opinio necessitatis, quam manere necesse est, ubi ignorantur justitia fidei et libertas christiana.

Apostoli jusserunt *abstinere a sanguine* (Act. 15, 20.): quis nunc observat? Neque tamen peccant, qui non observant, quia ne ipsis quidem apostoli voluerunt onerare conscientias tali servitute; sed ad tempus prohibuerunt propter scandalum. Est enim

nim perpetuo voluntas evangelii consideranda in decreto. Vix ulli canones servantur accurate, et multi quotidie exolescunt apud illos etiam, qui diligentissime defendunt traditiones. Nec potest conscientius consuli, nisi haec aequitas servetur, ut sciamus, eas sine opinione necessitatis servari, nec laedi conscientias, etiam si tradiciones exolescant.

Facile autem possent episcopi legitimam obedientiam retinere, si non urgerent servare traditiones, quae bona conscientia servari non possunt. Nunc imperant coelibatum; nullos recipiunt, nisi jurent, se puram evangelii doctrinam nolle docere. Non petunt ecclesiae, ut episcopi honoris sui jactura farciant concordiam; quod tamen decebat bonos pastores facere. Tantum petunt, ut injusta onera remittant, quae nova sunt et praeter consuetudinem ecclesiae catholicae recepta. Fortassis initio quaedam constitutiones habuerunt probabiles causas, quae tamen posterioribus temporibus non congruunt. Apparet etiam, quasdam errore receptas esse, quare pontificiae clementiae esset, illas nune mitigare: quia talis mutatio non labefacit ecclesiae unitatem. Multae enim traditiones humanae tempore mutatae sunt, ut ostendunt

dunt  
petra  
sine  
tet  
praed  
quam  
Pe  
clesis  
id ag  
sed h  
geliu  
quasc  
servar  
serint  
nem  
caussa

H  
habere  
plurib  
gerem  
lumus  
sunt.  
tiis, d  
munic  
bantu  
nes er  
paroch  
de ext

dunt ipsi canones. Quod si non potest impetrari, ut relaxentur observationes, quae sine peccato non possunt praestari, oportet nos regulam apostolicam sequi, quae praecepit (*Act. 5, 29.*): *Deo magis obedire, quam hominibus.*

Petrus vetat episcopos dominari et ecclesiis imperare (*1 Petr. 5, 5.*). Nunc non id agitur, ut dominatio eripiatur episcopis, sed hoc unum petitur, ut patientur evangelium pure doceri, et relaxent paucas quasdam observationes, quae sine peccato servari non possunt. Quod si nihil remiserint, ipsi viderint, quomodo Deo rationem reddituri sint, quod pertinacia sua caussam schismati praebent.

### *Epilogus.*

Hi sunt praeceipui articuli, qui videntur habere controversiam. Quanquam enim de pluribus abusibus dici poterat, tamen, ut fureremus prolixitatem, praecipua complexi sumus, ex quibus caetera facile judicari possunt. Magnae querelae fuerunt de indulgentiis, de peregrinationibus, de abusu excommunicationis. Parochiae multipliciter vexabantur per stationarios. Infinitae contentiones erant pastoribus cum monachis de jure parochiali, de confessionibus, de sepulturis, de extraordinariis concionibus et de aliis in-

E

nume-



165 \* 176

numerabilibus rebus. Hujusmodi negotia  
praetermissimus, ut illa, quae sunt in hac cau-  
sa praecipua, breviter proposita facilius co-  
gnosci possent. Neque hic quicquam ad ullius  
contumeliam dictum, aut collectum est. Tan-  
tum ea recitata sunt, quae videbantur neces-  
sario dicenda esse, ut intelligi possit, in do-  
ctrina ac caerimoniis apud nos nihil esse re-  
ceptum contra scripturam, aut ecclesiam ca-  
tholicam: quia manifestum est, nos diligen-  
tissime cavisse, ne qua nova et impia dogmata  
in ecclesiis nostras serperent.

Hos articulos supra scriptos voluimus ex-  
hibere juxta edictum caesareae Majestatis, in  
quibus confessio nostra exstaret, et eorum,  
qui apud nos docent, doctrinae summa cer-  
neretur. Si quid in hac confessione deside-  
rabitur, parati sumus, latiorem informationem,  
Deo volente, juxta scripturas exhibere.

### *caesareae Majestatis Vestrae*

*fideles et subditi*

*Johannes*, dux Saxonie, elector.

*Georgius*, marchio Brandenburgensis.

*Ernestus*, dux Luneburgensis.

*Philippus*, Landgravius Heserum.

*Johannes Fridericus*, dux Saxonie.

*Franciscus*, dux Luneburgensis.

*Wolfgangus*, princeps ab Anhalt.

*Senatus magistratusque Nurnbergensis.*

*Senatus Reutlingenis.*

APPEN-



---

APPENDIX  
T H E S I V M  
ACADEMICIS DISPV TATIONIBVS  
VENTILANDARVM.

---

- I. *Natura humana non fato aut necessitate adstricta, sed libertate arbitrii ornata est.*
- II. *Animus humanus non solum concretionis excopers est, verum etiam manifesta immortalitatis perfectae vestigia praefert.*
- III. *Quin DEVS sit, considerantibus dubitatio relinquitur nulli, quae excusationis praebeat speciem.*
- IV. *Infinita potentia praeditum esse DEV M, aportet.*
- V. *DEO cognita sunt cuncta ac singula.*
- VI. *Sapientia DEVS pollet perfectissima.*
- VII. *Miracula et vaticinia vox DEI sunt, tam fidem verbis suis habendam, quam obsequium mandatis praestandum, summo jure poscentis.*
- VIII. *Leges DEI omnibus numeris absolutae sunt et perfectae.*
- IX. *Omnis lex DEO auctori tribuenda cum felicitate civium imperio Illius subjectorum et cum salute mentium ab optimo Parente procreatarum conjunctissima est.*
- X. *Doctrina christiana, perinde ac disciplina, originem dicit ab ipso DEO.*



- XI. Codicis sacri non sententiae pro libitu elicienda, sed verba singula ex toto sermonis contextu interpretanda, tam ad persuadendum, quam ad commovendum animum, vim atque auctoritatem legis institutionisque habent divinac.
- XII. Nulla lex a DEO lata est ex temerario arbitrio.
- XIII. Numini providenti curae sunt res etiam minutissimae.
- XIV. Certo quodam ordine et apta rerum successione, nec tamen ex rudi primorum flaminum aut germinum mole, mundum prodire jussit DEVS sapientissimo consilio.
- XV. Perfectionis et felicitatis desiderium animis humanis insitum principium quidem agendi recte dicitur, at juris divini ratio aut officii nostri fundamentum non est.
- XVI. Fundamentum obligationis ad obsequium DEO ac judiciis optimis praestandum est unum duntaxat, et id quidem in summo DEI arbitrio possum.
- XVII. Gloriae divinae manifestatio ipsam civium imperio DEI subjectorum felicitatem comprehendit.
- XVIII. Consiliorum summi numinis perficiendorum sindium unice optima ratio est promovendi gloriam DEI.
- XIX. Cultus DEI, qui sit mente et animo, cum extinarum religionum contentione aut socialium officiorum neglectione consistere nequit.
- XX. Cultus mediatus sine immediato non est cultus; pariterque internas ne cogitatione quidem singi potest, nisi externus accedat. Igitur lessime rei christianas consulunt, qui virtutis

XXI.  
XXII.  
XXIII.  
XXIV.  
XXV.  
XXVI.  
XXVII.  
XXVIII.  
XXIX.

XXX.  
XXXI.  
XXXII.  
XXXIII.

- qui tibus humanitatis aut cultu mediato omnem religionem absolvi cum obreceptione exercitii pietatis perhibent: quanquam cante definitam hanc sententiam toto animo approbanus.
- XXI. Salva arbitrii humani libertate cogitationes nostras DEVS ab aeterno prospexit.
- XXII. Salvo amore suo genus humanum, licet praeviso delicto, DVS procreare constituit.
- XXIII. Salva sua iustitia summus rerum humanarum arbiter, in delictum primum animadversurus, toti generi criminis horrorem inculcare studuit.
- XXIV. Naturali impulso ad vitium fertur uniuersum genus humanum.
- XXV. Cuncta divinitus gubernantur.
- XXVI. Malum quodvis ad optimum finem a DEO dirigitur.
- XXVII. Nemo invitus ad peccandum cogitur.
- XXVIII. DEVS neminem obstinatum reddit.
- XXIX. Fallacissimum et maxime ambiguum morum componendorum ac vitae dirigendas principium est Voluptas.
- XXX. Circumcisio Christi ad obedientiam ejus aetivam pertinet.
- XXXI. Iustificationis et praedestinationis notiones diversissimae non sine periculo tranquillitatis animorum a fiducia christiana proficiscentis confunduntur.
- XXXII. Numerus septenarius sacris publicis prescriptus non mero imperantis arbitrio, sed sapientissimi consilii rationibus tribuendus est.
- XXXIII. Auctoritati divinae praceptorum per Mosen et prophetas prorsulgatorum Christus atque apostoli fidem derogare nec voluerunt neq; potuerunt.

XXXIV. Legibus naturae aeternis, nisi efficacitas  
a voluntate DEI accedat, physica phaeno-  
mena rhetorice magis, quam logice expli-  
cantur.

XXXV. Efficacitas voluntatis divinae ab usu sen-  
tientiarum sacris litteris expressarum sejung-  
gi nequit, adeoque numinis praesentis auxi-  
lium prius promissum vim seu virtutem physi-  
cam, quae verbis rite consideratis ac pro-  
priae meditationi tribuenda est, superat.

XXXVI. Iustitiae divinae notio secundum usum  
loquendi hebracorum aequitatem Judicis, ju-  
ra aliunde concessa fidelibus ex pacto impur-  
tantis, complebitur.

XXXVII. Corpus in altera vita suu cuique resti-  
tuendum ex sensu proprietatis simili sere mo-  
do idem vocari consentaneum erit, sicut re-  
cens natorum post annos octoginta transactos  
exuvias haud peregrina involucra successisse  
dicuntur.

XXXVIII. Qui praeter infinita genera mentium  
pro multiplici planetarum natura cum cor-  
poribus variis conjunctarum, alias etiam in-  
numeris ordinibus distinctas et ab omni con-  
crezione segregatas, quae proprius ad perfe-  
ctionem divinam accedant, cogitare maxulli,  
ille mihi honorificentius de sapientia, bonita-  
te, potentia Conditoris sentire videtur, quam  
qui, tales procreari potuisse, arroganter  
negat.

XXXIX. Vitii contracti incrementum perpetuum  
exspectare philosophos jubet solius naturalis  
consideratio, nisi DEI opem admittant.

XL. Animus DEI per Christum expiati paternus  
erga universos ac singulos homines idem est:  
quare ubique ex animo agere cum singulis

l

a

n

XLII.

a

a

XLIII.

t

a

b

c

i

j

c

XLIV.

m

r

s

t

c

u

e

P

a

r

o

v

v

m

XLV.

i

e

e

XLVI.

a

e

g

lis impeditus fuerit, ipsorum id culpae libero arbitrio contraeas tribui oportebit.

XLI. Episcopi nomine Pastorem indicant apostoli, non Principem.

XLII. Et capita Matthaei priora, et Apocalypsis, a criminis falsitatis defendi possunt justissimis argumentis, tam externis, quam internis,

XLIII. Canonis (seu catalogi) liturgici discrepancia mutabilis non tollit codicis sacri concordiam immutabilem: scilicet isto sensu scripta humana canonice libris sine fraude adjungi, coniraque ea divinitus inspirata excludi, et in diversis ecclesiis omnino canones diversi esse poterant; salva tamen, quam scholae vocant, canonis integritate.

XLIV. Evangeliorum et codicis sacri universi fides neutriquam ex manca singulorum, sive doctrinorum, sive coetuum, suppelleclile, neque ex habitatione illorum, qui aut inviti librum sententiis suis contrarium admittebant, aut cauti scripta auctoritatis sibi nondum satis testatae in medio relinquebant, disjudicanda est, sed ex consensu generaliori ecclesiarum praeccipuarum in iis potissimum regionibus atque eo maxime tempore, ubi et postquam res publica christiana conjunctissima, ab omnibus onalae fraudis suspicione libera, quum rationes decidendi optime perspicere potuit, tum vera in recipiendo communibus suffragiis canone sacro concordare coepit.

XLV. Ex sola septuagintavirali versione, et ex iis, quae hujus plerumque verbum de verbo expressum reddunt, haut temere corrigendus est textus masoreticus.

XLVI. Lectionis varietas multa in libro aliquo antiquo argumentum praebet haud exigui

pon-

*ponderis ad comprobandam in universum  
scripti illius veritatem.*

**XLVII.** *Versionum antiquarum potior philologi-  
cus est atque exegeticus usus, quam criti-  
cus.*

**XLVIII.** *Ex singulis phrasibus argumentum vati-  
cinii primarium definiturus, aequo jure pa-  
rodiarum scholasticarum argumenta ad ipsos  
auctores classicos transtuleris.*

**XLIX.** *Juris jurandi formulis, sive non satis de-  
finiti expressis, sive nimirum rigorosis vel per-  
plexis, ad officium adigendorum fidem laxa-  
ri, non adstringi, manifestum est. Itaque,  
subinde pro statu temporum aut personarum  
mutanda esse verba concepta, appareat.*



sum  
ogi-  
riti-  
ati-  
pa-  
flos  
de-  
ver-  
xa-  
ne,  
rum



JH1835

ULB Halle

006 526 314

3



VD18



